



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Simonia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

& decedenti sine liberis succedit patronus ab intestato. \* Vide Syl. manumissio nu. 6.

*Simonia, vide Beneficium, Pensio, Suspensio.*

1 **S**imoniam est dare spirituale, aut spirituali annexum, pro re æstimabili pecunia per modum pretij; ubi autem non est obligatio civilis, seu ex contractu, non est Simonia, etiam si sit obligatio quædam naturalis: ut cum quis dicit se intendere, vel sperare, sed non obligare, vel seruire ob beneficium, sed non velut prætium seruitutis.

\* De Simonia Barth. Vgolimus. P. à Sot. lect. vlt. de ord. P. N. l. c. 2. à nu. 383. Nauar. c. 23. à nu. 103. & multis consilijs Coronæ 3. p. pag. 70. Sot. l. 9. q. 5. artic. 1. Val. t. 3. diff. 6. q. 16. D. Tho. 2. 2. q. 100. Caiet. ibid. De simonia, que accidere potest in Religionis ingressu. Dionys. Certhus. opusculum extat.

\* Vide Syl. Simonia numer. 2. D. Thom. l. c. art. 1. Val. l. c. p. 1.

2 Non est Simonia, renuntiare beneficium in fauorem alterius. Nec dare aliquid ad redimendam vexationem ab iniquè impediente vel electionem, vel possessionem. Nec accipere pro re non supernaturali; ut professione Theologiæ. Nec si pro tua iam electi confirmatione te ignonate data est pecunia. Nec si quis tuo nomine, ut beneficium perderes, pecuniam dedit pro eo. Nec sacra vendere ratione.



tione materiæ: si plus habent de temporali, quàm de spirituali, vt calix & similia. Secus est si vendantur Reliquiæ. Nec solū sepulture honoratiore, aut pompā funeris non necessariā. Nec pacisci de sustentatione ingredienti Religionē, ait de soluendo certum quid ab ingrediente Confraternitatē. Nec si secularis vendat ius decimarum sibi à Papa datū. Nec si concionator accipiat pro sustentatione, aut pro libris, aut Capellanus pro seruitio, aut Sacramentum ministraturus pro labore itineris, aut quis pro obligatione obeundi munus spirituale. Nec si quis det spirituale (quod nō est beneficium) pro spirituali, vt Missam pro Missa. Nec si quis det ad obtinendam amicitiam, ex qua deinde cōsequatur beneficium. Nec si det beneficium non principaliter, sed secundario, ob bonum temporale.

\* Professione } *Victor. relect. de simonia, Sot. l. 6. Nau. l. c. numer. 100. Val. l. c. p. 2. contra Alex. & Altiosiod. Vide Syl. vers. Simonia, nu. 9.*

Nec pacisci } *Sot. l. c. q. 6. art. 3. ad 4. Nauar. c. 27. num. 106. De hac re Cartus. l. c. & Vgolimus de Simon. c. 4. tab. 1.*

3 At Simonia est, dare alicui tēporale quid vt suadeat alteri, vt det beneficium. Item dare patrono, vt presentet. Itē dare beneficiū, vel facere pactum consentiendi in pensionem, si alter sibi beneficium impetret. Item permutare beneficia sine beneplacito Superioris illius,



lius, ad quem pertinet consentire. Item Episcopus accipiat aliquid pro expeditione litterarum beneficij, secus si Notarius. Item resignare beneficium reseruando pensionem sine Papæ auctoritate. Item dare temporale pro actu potestatis spiritualis, vel pro amouendis impedimentis quæ possent apponi iuridicè. Item si electores inter se conueniant vt solū ex seipsis eligant ad beneficia, electio est Simoniacæ. Itē vendere officiū Oeconomi Ecclesiastici, aut Sacristæ, secundum quosdam.

4 Non reuelantes Simoniacos iam non incidunt in pœnam vllam.

5 Bullæ contra confidentias intelligendæ de Simoniacis, scilicet vbi pactum saltem tacitum interuenit. \* *Vide Nau. l. c. nu. 109.*

6 Pœnæ Simoniaci intelliguntur solum in Ordine, aut beneficio. Non est autem beneficium Vicariatus temporalis, nec pensio, nec Ius patronatus. Oportet autem completam esse Simoniam: si enim non est datum spirituale, aut temporale, non est locus pœnis, etiam si quis promissionem scripto confirmasset.

\* Pœnæ } *Nau. l. c. num. III.*

Oportet } *Vide Conar. Reg. Peccatum p. 2. §. 8.*

*nu. 7. Nau. l. c. nu. 104.*

7 Renuntians Simoniacè puniri potest, & priuari beneficio, non tamen perdit ipso Iure illud, quia renuntiatio est nulla *Naua. ca. 23. nu. 105.* Nec obstat constitutio Pij V. quæ de ac-

quiren-



quirentibus simoniacè, non de resignantibus loquitur.

8 Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, vt obligat mentalis vsura.

\* *Nau. l. c. n. 193. At 10. Med. q. 4. de reb. acquisitis per vsuram obligare ait, & Sor. et iam lib. 9. q. 8. art. 1. ad 6. contra. Pet. à Sor. lect. vlt. de ordine.*

9 Bulla Pii V. qua adeptur officii im aut beneficium simoniacè, fit inhabilis ad alia, intelligitur in Foro exteriori. *Nau. r. confi. 34. de Simon. Parit. de resignat lib. 4. q. 2.*

10 Collatio beneficii simoniaca nulla est; danda verò pecunia Ecclesiæ in cuius iniuriam facta; vel pauperibus, secundum quosdam: secundum alios, ei à quo accepta est.

\* *Nau. l. c. num. 105. ante sententiam ei, à quo accepta est pecunia, danda est, post sententiã pauperibus, vel Ecclesiæ, Sor. l. cit. col. 8. iure autem diuino simonica pecunia restituenda est Sor. l. c. col. 15. Vide Couarr. l. c. numer. 6.*

11 Fructus restituere tenetur ipse beneficiatus, non mediatores in simonia: dandi verò operibus pijs, vel Ecclesiæ illi, aut successori: aiunt quidam tamen soluere dari Papæ.

\* Qui simoniacè beneficium accepit, in foro conscientiæ tenetur beneficium relinquere, & fructus etiam consumptos restituere. *Vide D. Tho. l. c. art. 6. ad 3. c. de simoniaco, c. de regularib. de simo. c. ordinationes. 1. q. 1. Couar. l. c.*

12 Simoniacus in ordine, est suspensus non qui.



qui in beneficio, nec si aliquo ignorante, aut contradicente in Ordine suo commissã est Simonia.

\* Simoniacus realis in ordine, & beneficio est ipso iure excommunicatus, *Navar. l. c. num. 11.* \* Suspensus *Nav. c. vers. sexto.*

13 Simoniacus per ignorantiam non incurrit excommunicationem.

\* Si ignorantia talis sit, quæ excuset, probabilis, scilicet facti *Nav. c. 17. nu. 16.*

*Vide Lopez p. 2. c. 45. Vitz. de excom. q. 8. Sot. d. 22. q. 1. art. 2.*

*Societas, vide Hereditas.*

1 **I**N societate qui plus ponit, plus debet habere lucri; qui autem posita pecuniæ solum partis periculum subit, eius tantum debet habere lucrum: reliquum enim intelligitur mutuatum.

\* De Societate *Lopez de contract. l. 1. à c. 61. Sot. l. 6. q. 6. ab art. 1. Tol. l. 5. c. 41. Navar. c. 17. à nu. 251. Caiet. & D. Tho. 2. 2. q. 78. Garz. c. 41. Mol. ad. 411. Couar. l. 3. var. Bannes q. 78. art. 4.*

\* *Vide Tol. Nav. nu. 252. l. c. Mol. d. 416.*

2 Societas in dubio intelligitur contracta secundum consuetudinem.

\* *Mol. l. c. nu. 2. Lopez l. c. c. 64.*

3 In pacto quod sit commune damnum capitalis, intelligitur quod etiam lucrum sit commune: itaque quod superest capitali, in fine  
inter